

Innocentius IV. Archiep. Prussia  
 ut Fr̄m Guarnenum creet Ep̄um Ter-  
 re Curone seu Pomesania.

140

Innocentius Ep̄us servus servorum Dei  
 Vb̄li Fr̄i Archiep̄o Prussia Livonia et  
 Estonia salutem et Apostolicam benedic-  
 tionem.

Decet per Apostolicæ sedis providentiam, ut qui  
 laudabilis conversationis et vite ac scientiæ juvantur  
 merito, Ecclesiarum regimini præservantur, et tunc  
 præcipuè quando in personis hujusmodi honor illis  
 impenditur, per quos Romana decus Ecclesiæ promo-  
 vetur. Cum itaque de Dilecto Filio Fr̄e Guarnero  
 Ordinis Fr̄um Predicatorum, evidentibus agnoscat  
 indicis, quod amori virtutum libenter invigilat,  
 et vite studio religiose desudat, ad hoc pro posse  
 sollicitus, ut sit in causa Dei et Ecclesiæ fru-  
 ctuosus. Nos dignum arbitantes, et congruum ut  
 ipsum propter hujusmodi merita et intuitu dile-  
 cti filii nobilis Viri Gantgravi Turingiæ cui fa-  
 miliaris et carus esse dignoscitur speciali prose-  
 quamur honore, presentibus mandamus, quatenus  
 Fr̄em eundem, cessante cujuslibet dilationis et dif-  
 ficultatis obstaculo, terra Curone seu Pomesa-  
 nia in Episcopum præficias et accersitis duobus  
 vel tribus Episcopis munus Consecrationis impen-  
 das. Datum Lugduni VI Idus Novembrii Pon-  
 tificatus Nri Anno 3.

*[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*